Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



eundem quemadmodum ipsam execucionem facere possit et dictum procuratorem nomine quo supra incorporalem et realem possessionem eiusdem ecclesie et pertinencium eiusdem inducere vel tenere iuxta mandatum sibi in hac parte directi exigencia et tenorem et alias prout fuerit rationis. Mandans idem subdelegatus litteras predictas et processus execucionis sic prius ibidem in presencia dicti iudicis per me supra et infrascriptum notarium legi et publicari quibus lectis et publicatis dictus iudicus volens vel dixit tamquam obedire filius mandatis apostolicis et requisicionibus dicti domini executoris humiliter obedire protestato primitus et saluato per eum prout in quadam papirea cedula quam tradidit et legi fecit ibidem per magistrum notarium ibidem presentem cuius cedule tenor talis est ducatur ad consilium iuris periti dicta cedula sic lecta per dictum dominum subdelegatum ipsis protestacionibus in ipsa cedula contentis et non admissis quatenus contentis in dictis litteris et processibus in desecutis. ac etiam execucionis predicte facte et facienda per eum in aliquo quemadmodum posset ac preiudiciales esse videntur. sed ipsis reiectis idem iudicius portas ecclesie aperire fecit quibus ita patentibus idem subdelegatus execucionis per manum dicti procuratoris nomine quo supra in eadem ecclesia introduxit et misit in corporalem possessionem dicte ecclesie et pertinencium ipsius et per clausuram traditionem investivit per clausuram et apertionem portarum ipsius ecclesie necnon per pulsacionem campanarum factam per dictum procuratorem et duxit eum ad altare ipsius ecclesie in signum possessionis adepte pacifice et quiete et nullo contradicente vel reclamante tradidit eidem missale necnon calicem et vacellas seu canetas sive camphoras aque et vini et crucem sive signum crucis et vestimenta sacerdotalia supradictum altare eiusdem ecclesie existencia et dictus procurator in signum huiusmodi possessionis adepte pacifice et libere claues dicte ecclesie librum et calicem et alia predicta penes se retinuit et de premissis omnibus et singulis requisivit me notarium etc. Et continuo subdelegatus ad domum rectoris in quo habitare consueverunt rectores seu curati dicte ecclesie una cum dicto procuratore et me notario publico et testium infrascriptorum accedens et ibidem existens eundem procuratorem nomine quo supra in corporalem possessionem dicte domus prout tamen alii rectores seu curati predicti sive predecessores tenere et possidere personaliter consueverunt ponit et induxit per clausuram et apertam eiusdem et predictus procurator per modum supradictum claues hospicii maioris dicte domus recepit et penes se retinuit nullo contradicente seu quolibet reclamante. De quibus etc.

Notificacio litterarum apostolicarum et processuum super hoc habitorum.

In nomine etc. Venerabilis vir A. presentavit notificavit et insinuavit. Venerabilis in Christo patri domino episcopo litteras apostolicas et processus. .220.